



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De monacho contemptore temporalium, cuius tactu vestimentorum infirmi
sanabantur, cap. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

verso, ne alicui seculari de cætero manus imponeret, præcepit. Ex illa hora in eo cessauit virtus miraculorum. Hæc mihi ante hoc biennium, cùm essem in Eberbacho, à monachis recitata sunt: ego vero virum sanctum adiij, & cùm rogassem eum, ut pro me oraret, simpliciter respondit: Quotidie oro pro te & pro toto mundo.

C A P V T VI.

REtulit nobis nuper Abbas quidā ordinis nostri de quodam monacho, cui tanta a Domino concessa est gratia, ut virtute vestimentorum eius multi sanarentur. Sæpe, si tamē adhuc viuit, dum fratres vestes eius induunt, vel cingulo se cingunt, sanantur. Quod cùm quodam tempore eius Abbas considerasset, nec aliquid specialitatis in illo vidisset, his verbis eum secretius allocutus est: Dic mihi fili mi, quæ est causa tantorum miraculorum? Respōdit ille: Nescio domine, nō plus cæteris fratribus meis oro, non plus vigilo, non plus ieiuno, non plus laboro, sed vnum scio, quod me non potest extollere prosperitas, neq; frangere aduersitas, siue de persona mea fit, siue aliorū. Cui cùm dixisset Abbas: Non te turbavit, q; miles talis nuper grangiam nostram incendit? Respōdit: Non, totum enim Deo commisi: si modicū habeo, cū gratiarū actione accipio; si multum, iterum gratias ago. Et cognovit Abbas quod causa tantæ virtutis esset amor Dei, & contemptus rerum terrenarum. Sanctæ virtutes, fides videlicet, spes, & charitas, iustitia, humilitas, obedientia, zelus disciplinæ, atque compassio, sæpe gloria miraculorum remunerantur, sicut subsequentibus declaratur exemplis.

C A P V T VII.

IVxta Coloniam duæ generationes rusticorum inter se graues satis inimicitias exercebat: ex quibus una infirmior, in castrum vicinum Hemersbach se transtulit, de quo partem aduersam satis damnificans, cùm die quadam vnum ex eis cœpissent, volentes tres ex eis pecunię aliquid ab eo extorquere, dicebant: Si non dederis nobis pecuniam, puniemus te.

*De fide.**Quibus*